stilus excurrenit: describere inchoans quale te oportet esse. cum necdum quod  
his plenius expressisset. **C**redo erubescens in summo positum apice vide-  
ri hominem nudum: festinauit induere insignibus suis. **A**bsque his nempe  
eo deformior: quo illustrior pares. **N**unquid potest abscondi ciuitatis supra  
montem posite desolatio? aut latere summi lucerne extincte supra candi-  
labrum? **S**imia in throno: rex fatuus sedens in solio. **E**t nunc audi canti-  
cum meum minus suaue: sed salutare. **M**onstruosa res. gradus summus  
et animus infimus? sedes prima et vita prima? lingua magniloqua et ma-  
nus ociosa? sermo multus et fructus nullus? vultus grauis. et actus le-  
uis: ingens auctoritas. et nutans stabilitas. **A**dmoui speculum? sedus  
se in eo vultus agnoscit: tu tuum gaude dissimilem inueniri. **I**nspecte  
tamen et tu ne forte et si sit unde merito placeas tibi: eiam in quo de-  
beas displicere non desit. **D**olo gloriaris testimonio conscientie: sed non  
minus ut eodem ipso humiliaris. **R**ara vox: nichil michi conscius sum.  
**C**autior in bonis ambulas: si et mala non lateant. **Q**uoniam ut dixi-  
rimus noueris te. ut inter angustias que non desunt fruaris conscien-  
tie bono: magis autem ut scias quid desit tibi. **R**am cui non desit? **O**m-  
nia illi desunt: qui nichil sibi desesse putat. **Q**uid si summus pontifex sis  
**N**unquid quia summus pontifex? ideo summus? **I**nfimum noxis esse: si  
summum putas. **Q**uis summus? **C**ui addi non possit. **G**rauiterrime: si  
te illum existimes. **A**bsit. non tu de illis es: qui dignitates virtutes pu-  
tant. **T**ibi ante experta virtus: quam dignitas fuit. **A**ugustus relinqui-  
to illam sententiam: aliisque qui diuis colli honoribus non rimuerunt. **V**er-  
bi gracia. **N**abuchodonosor. alexandro. antiocho. herodi. **T**u vero  
confidera non consummatione summum te dici: sed comparatione. **R**ec-  
me putes dicere comparatione meritorum: sed ministeriorum. **S**ic te existi-  
met homo ut ministrum christi: et quod absque iudicio sanctorum cuiuspiam  
dixerim. summum plane inter ministros. **A**lias niti te ad summum velim: non

putare summū. aut velle putari. anteq̄ sis. **R**am quomō proficis? si iam  
sufficis tibi? **N**on sit proinde tibi aut pigrū vestigare q̄d desit: a fateri  
q̄d desit verecundū. **L**oquē et tu voce antecessoris tui. nō q̄d iā acceperī:  
aut iā pfectus sim. **E**t rursum. **E**go me non arbitroz comprehendisse.  
**H**ec scīa scōzum: hec longe ab illa que inflat. **H**āc qui apponit. apponit  
et dolozem: sed dolozem huuc nemo vniq̄ sapiens subterfugit. **E**st q̄p  
pe medicinalis doloz: per quem stupoz ille letalis animi duri et impe  
nitentis excluditur. **E**t ideo sapiens qui dicere potuit: et doloz meus ī  
conspectu meo semper. **N**unc iam repetendē reliquie: si que sunt loci il  
lius a quo paulo ante diuertimus. **A**ge indagem? adhuc diligentius  
quis sis: quā geras videlicet pro tempe personā in eccīa dei. **Q**uis es?  
**S**acerdos magnus: summus pontifex. **T**u princeps epōzum: tu heres a  
postolorū. **T**u primatu abel. gubernatu noe. patriarchatu abraham.  
ordine melchisedech. dignitate aaron. auctoritate moyses. iudicatu sa  
muel. potestate petrus: vñctione xpūs. **T**u es cui claues tradite. cui o  
ues credite. **S**unt quidem et alij celi ianitores. et gregum pastozes: sed  
tu tanto gloriofius. quanto differenti? vtrumq̄ pze ceteris nomē here  
ditasti. **H**abent illi sibi assignatos greges. singuli singulos: tibi vni  
uersi crediti. vni vnus. **R**ec modo ouium sed et pastozum tu vnus om  
niū pastoz. **U**nde id probē queris? **E**x verbo dñi. **C**ui ei nō dico epōz  
sed eciā apostolorū sic absolute et indiscrete tote cōmisse sunt oues? **S**i  
me iquit amas petre. pasce oues meas. **Q**uas? **I**lius vel illius populos  
ciuitatis aut regionis? aut certe regni? **O**ues meas inquit. **C**ui non pla  
num non designasse aliquas? sed assignasse omēs? **N**ichil excipitur: vbi  
distinguitur nichil. **E**t forte pñtes ceteri condiscipuli erāt. cū cōmittēs  
vni vnitatē oībus cōmendaret in vno grege et vno pastoze: secundū  
illud. **O**na est columba mea? formosa mea: perfecta mea. **O**bi vnitatis: ibi  
perfectio. **R**eliqui numeri perfectionem nō habent. s; diuisionē: receden  
tes ab vnitatis. **I**nde est quod alij singuli singulas sortiti sunt plebes:  
scientes sacramentū. **D**eniq; iacobus qui videbat colūpna eccīe. vna cō  
tent? est iberosolima: vniuersitatem petro cedens. **D**ulchre vero ibi po

litus est suscitare semen defuncti fratris: ubi occisus est ille. Nam dic-  
tus est frater dñi. Porro cedenti domini fratre? quis se alter ingerat  
petri prerogative? Ergo iuxta canones tuos alij in partem sollicitudi-  
nis: tu in plenitudinē potestatis vocatus es. Aliozū potestas certis ar-  
tatur limitib?: tua extenditur et in ipsos qui ptātem super alios acce-  
perunt. Rōne si causa extiterit: tu epō celum claudere: tu ipsum ab epis-  
copatu deponere. eciā et tradere sathane potes? Stat ergo inconcus-  
sum priuilegium tuum tibi: tam in datis clauibus: q̄ in ouibus cōmē-  
datis. Accipe aliud quod nichilominus prerogatiuam confirmat tibi.  
Discipuli nauigabant et dñs apparebat in litoze. quodq; iocundius e-  
rat. in corpore rediuuio. Sciens petrus quia dñs est. in mare se imisit:  
et sic venit ad ipsum: alijs nauigio puenientibus. Quid istud? Rempe-  
signum singularis pontifici petri: per qđ nō nauem vnā vt ceteri quisq;  
suam. sed seculū ipsum susceperit gubernandū. Mare enī seculum ē: na-  
ues ecclesie. Inde est qđ altera vice instar dñi gradiens super aquas:  
vnicū xpī se vicarium dē signauit: qđ nō vni pplo sed cunctis p̄esse debet  
Siq̄dem aque multe: ppli multi. Ita cum quisq; ceteroz habeat suam:  
tibi vna cōmissa est grandissima nauis facta ex omnibus ipsa vniuer-  
salis ecclesia toto orbe diffusa. En quis es? Sed noli obliuisci eciā  
quid. Nam et ego non sum oblit? id me promississe repetiturum in opor-  
tunitate. Qm̄ oportune cum eo quis es: eciā quod ante eras conside-  
ras. Quid dico eras? Et nunc es. Quid dē sinas intueri? quod nō desisti  
esse? Vna sane consideratio est quid fueris: et quid sis. Nam quis sis  
factus: altera. Non oportet vt ista extundat illam. in scrutinio tui. Es  
enim vt dixi adhuc quod eras? et non minus hoc es. q̄ quod factus es  
post: forte et magis. Peniq; illud natus es: mutuatus hoc. non in hoc  
mutatus. Non reiectum illud: sed istud adiectum. Tractemus vtrumq;  
simul: nam vt p̄efatum me meminī collate ex inuicem ambe res utili-  
ozes fient. Dixi supra consideranti quid sis: naturam occurrere qua es  
homo. Nam homo natus es. Porro percunctanti quis: persone respon-  
debitur nomen quod est epus. quod quidem factus non natus es. Quid

tibi horum videtur ad purum esse? cui principaliter pertinere. quod factus an  
quod natus? **R**one quod natus? Hoc ergo consulo tibi considerare maxime. quod  
maxime es: hominem videlicet quod et natus es. **N**ec modo quid natus sed et  
qualis natus oportet attendas: si non vis tue considerationis fructu et  
utilitate fraudari. **T**olle proinde nunc hereditaria hec perizomata: ab  
inicio maledicta. **D**isrumpe velamen foliorum telantium ignominiam:  
non plagam curatium. **D**eleva fucum fugacis honoris huius. et male colo  
rate nitorem glorie. ut nude nudum consideres: quia nudus egressus es  
de utero matris tue. **R**umquid infulatus? **R**umquid micans gemis? aut  
flozidus sericis? aut coronatus pennis? aut suffarcinatus metallis? **S**i  
cuncta hec veluti nubes quasdam matutinas velociter transeuntes et  
cito pertransituras dissipet et exuffles a facie considerationis tue: oc  
curret tibi homo nudus. et pauper. et miser et miserabilis. **H**omo do  
lens quod homo sit: erubescens quod nudus sit: plorans quod natus sit  
murmurans quod sit. **H**omo natus ad laborem non ad honorem: homo  
natus de muliere. et ob hoc cum reatu? brevis vivens tempore. idcirco cum  
metu: repletus multis miseris. et propterea cum fletu. **E**t vere mul  
tis: quia corporis et anime simul. **Q**uid enim calamitate vacat nascenti  
in peccato? fragili corpore. et mente sterilis? **V**ere ergo repletus cui  
infirmitas corporis et fatuitas cordis cumulatur: traduce sordis. mor  
tis additione. **S**alubris copula: ut cogitans te summum pontificem. at  
tendas pariter vilissimum cinerem non fuisse sed esse. **I**mitetur cogita  
tio naturam? imitetur et quod dignum est auctorem nature: summa pro magis  
consocias. **R**one natura in persona hominis vili limo vite spiraculum colli  
gavit? **R**one auctorem nature in sui persona. verbum limumque contemperavit?  
**I**ta tibi sume formam tam de nostre concretione originis. quam de sacramento  
redemptionis? ut altus sedens non alta sapiens sis: sed humilia de te sen  
tiens. humilibusque consentiens. **P**roinde si consideras quantus es: co  
gita etiam qualis et maxime. **H**ec te sane consideratio tenet in te. nec  
a te auolare sinit: non ambulare in magnis neque in mirabilibus supra  
te. **I**n te consistito. non infra deici: non attolli supra? non evadere in



longius: non extendi in latius. Tene medium: si non vis perdere modū  
**L**ocus medius: tutus est. **M**ediū sedes modi: et modus virtus. **O**mnem  
extra modū mansionē: sapiens exiliū reputat. **P**ropterea non est illi ha  
bitare in longo quod ultra modū sit: sed ne in lato quidem quod extra  
sit: porro nec in alto nec in ymo: quod alterum supra. alterū infra sit. **D**e  
niq; et longitudo exterminū habere solet: et dilatatio scissuram. et alti  
tudo ruinam et profundū absorptionem. **D**ico hec planius. ne putes me  
ea loqui que apostolus comprehendere hortat̄ cum omnibus sanctis lon  
gitudinem. latitudinem. sublimitatē. et profundū: quod alterius erit et dis  
putationis et tēporis. **N**unc aut longū dico cum sibi homo longiorem  
pmitit vitā: latum cū in superfluas animus distendit̄ curas: altum cū  
de se plus presumit: profundū cum se plus dicit. **Q**ui igitur longa sibi  
metitur tpa: nonne vere ingredit̄ iter exterminū. trāsiens vite termi  
nos producit̄ in sollicitudine. **I**nde est quod in pnti homines a sese exules  
per obliuionē. in alia per inanem sollicitudinē migrant secula. non pro  
futura ymmo nec futura. **S**imiliter animus distentus in multa: multis  
laceretur curis necesse est. **N**empe immoderata extensio extenuationem:  
et extenuatio nimia scissionem facit. **I**am vero alta presumptio: quid  
nisi ruinosa precipitatio est. **L**egisti namq; ante ruinam exaltatur cor.  
**Q**uid e regione nimie pusillanimitatis deiectio: nisi desperata quedam  
absortio est. **I**n hanc fortis non dēicietur: prudens. longioris vite nō  
abduccetur incerto. **M**odestus moderabitur curas: temperabit a super  
fluis: non dēerit necessarijs. **P**orro iustus altiora se non presumet: sed  
loquetur cum iusto. **S**i iustus fuero: non leuabo caput. **T**u ergo in  
hac consideratione tui caute ambules. et tota equitate verferis: ut  
nec plus vero tibi tribuas: nec plus iusto parcas. **P**orro plus vero  
tribuis. non modo arrogando tibi quod non habes bonum: sed et quod  
habes ascribendo. **D**igilanter discerne qualis ex te. et qualis sis do  
no dei: non sit in spiritu tuo dolus. **E**rit autem si tua partiens fideli  
ter tibi: et que sunt dei deo sine fraude resignes. **E**x te mala: bono a do  
mino esse persuasum tibi non ambigo. **H**anc inter considerandum qua

14

lis sis: et qualis fueris ad memoriā reuocandum. Conferenda posterio-  
ra prioribus. Profeceris ne in virtute in sapientia. in intellectu. in sus-  
tinate morū: an ab hijs forte quod absit defeceris. Patientior sis. an im-  
patientior solito: iracundior lenior ve: insolentior an humilior: affabi-  
lior an austerior: exorabilior an difficilior: pusillior animo an magna-  
nimior: seuerus magis an plusculum dissolutus: timoratioz an forte  
fidentior quod oportet. Quoniam latus tibi patet campus. in hoc genere consi-  
derandi. Memoroz ego pauca veluti quedam seminaria proferens: non  
tamē ipse serena. sed dans semen serenti. Oportet innotescat tibi zelus  
tuus: clementia tua: discretio quoque moderatrix virtutum earūdem. Qualis  
videlicet in donandis iuribus: qualis sis in vlciscendis: quod in utroque pr-  
uidus. modi. loci. temporis obseruator. Propterea consideranda tria hec in  
vfu virtutum harum: ne non sint virtutes si preter hec reperiantur. Rempe  
eiusmodi non natura virtutes: sed vltus facit. Nam ex se indifferentes  
esse noscuntur. Tuum est aut abutendo et confundendo facere vicia: aut  
bene ordinateque vtendo virtutes. Volent discretionis oculo caligan-  
te alterutrum sibi prripere loca: terminos occupare. Porro caliginis due  
sunt cause: ira et mollior affectus. Is iudicij censuram eneruat: illa pre-  
cipitat. Quomodo ab altero non periclitetur. aut pietas clementia: aut  
zeli reuerentia. Turbatus pre ira oculus. clementer nil intuetur: suffusus  
fluxa quadam et muliebri mollicie animi. rectum non videt. Non eris in-  
nocens si aut punias eum cui forte peccandum esset: aut peccas ei qui fuerat  
puniendus. In tribulationibus que qualem te inueneris: nolo dissimules. Si  
constantem in tuis: condolentem in alienis: gaude. Recti cor dicitur h. E regione  
puerissimi. si cum in proprijs deprehendaris fortasse impatientis: mīme tamen  
in alienis cōpatiēs sentiaris. Quid in prosperis: nichil ne est quod considera-  
tione sollicitet. Est utique. si diligenter attendas. quod rarus semper extiterit  
qui non vel modice in prosperitate animū relaxarit: a sui custodia et  
disciplina. Quoniam hec incautis non fuit ad disciplinā. quod ignis ad ceram:  
quod solis radius ad niuem vel glaciē. Sapiens dauid. sapientior salomō  
fuit: sed blandientibus nimis secundis rebus. alter ex parte. alter ex toto desi-

puit: **M**agnus qui incidens in aduersa non excidit vel paru a sapientia.  
nec minor cui pns felicitas si arrisit non irrisit. **Q**uoniam facilius iueneris  
quam sapientiam retinuerit contraria sibi fortuna: quam qui sapientia non perdidit.  
**P**referendus ille et magnus est cui inter prospera saltem risus indecenti  
or aut. sermo insolentior: aut imoderatior cura vestis vel corporis non  
irrepsit. **E**t si recte sapiens hostas sapientiam scribi in ocio: cauendum  
et in ocio ocium est. **F**ugienda proinde ociositas. mater nugarum: no  
uerca virtutum. **I**nter seculares nuge nuge sunt: in ore sacerdotis  
blasphemie. **I**nterdum tamen si incidant. ferende sunt fortassis: referre  
de numquam. **M**agis interueniendum caute et prudenter nugacitati. **P**ro  
rumpendum sane in seriu quid: quod non modo vtilis sed libenter audiatur:  
et super sedent ociosis. **C**onsecrasti os tuum euangelio: talibus iam a  
perire illicitum. assuescere sacrilegium est. **L**abia sacerdotis ait propheta.  
custodiunt scientiam et legem requirunt de ore eius. non nugas profec  
to vel fabulas. **V**erbum scurrile quod faceti vrbani ve nomine colorant  
non sufficit peregrinari ab ore procul: sed et ab aure relegandum. **F**e  
de ad cachinnos moueris: fedius moues. **P**orro detrabere an detrahentem  
audire: quid horum dampnabilius sit. non facile dixerim. **D**e aua  
ricie non est quod tuum fatigem intuitum: cum pecuniam tamquam pale  
am dicaris habere. **N**on prosum non est. quod pro illa timeas a iudi  
cibus tuis. **S**ed est quod non minus sepe. nec noxie minus insidiari iudi  
cantibus solet: de quo maxime quid in tua lateat consciencia latere te no  
lim. **Q**uid illud sis queris? **A**ceptio personarum. **N**on parui te rei pec  
cati existimes: si facies peccatorum sumis: et non potius causas iudicas  
meritorum. **E**st item vicium cuius si te immunem sentis. inter omnes quos  
noui ex hijs qui cathedras ascenderunt sedebis me iudice solitarius: quia  
veraciter singulariterque leuasti te supra te iuxta prophetam. **F**elicitas  
credulitatis hec est: cuius callidissime vulpecule magnoz nemi nem  
comperi satis cauisse versutias. **I**nde eis ipsis pro nichilo ire multe. in  
de innocentium frequens additio: inde preiudicia in absentes. **G**ratulor  
aut tibi nec ei assentationis apud te vereor icurre nota. gratulor inquam

presidere te vsq; adhuc absq; hoz oim querela multa: an sine culpa tu videris. Nūc ad ea que sub te sunt: cōsideratio itendenda. At alteri9 p̄cipij hoc: siquidem tuis occupationi b9 sermo breuior cōpetentior est.

**Explicit liber sc̄dus b̄ti bernardi de cōsideratione. Incipit tercius.**

**F**inis sup̄ioris libri: huic principiū ponit. Itaq; iuxta p̄missum illi9. cōsiderāda q̄ sub te sunt. Quenā sunt illa. nō est qd̄ a me querendum putes sacerdotū optime eugeni redi9 fortasse q̄ non sunt queras. Orbe exeundū ei q̄ forte volet explozare q̄ ad tuā nō ptinent curā. Parētes tui d̄stinati nō sunt aliquas regiones. sed ipsum d̄bellaturi orbem. Ite in orbem vniuersum dictum est illis. Ipsi vero vendentes tunicas. emere gladios: ignitū eloquiū et sp̄m vehementem. arma potencia deo. Quo non peruenere victozes incliti filij excussozum. Quo non sagitte potentium acute cum carbonibus d̄solatozijs. Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. Penetrabant et incendebant verba illa: incensa igni. quem dominus misit in terram. Occumbant strennuissimi bellatozes sed non succumbebant: triumphabāt et mortui. Nimis confortatus est principatus eorum: constituti sunt principes super oēm terrā. Eis tu successisti in hereditatē. Ita tu heres et orbis heditas. At quaten9 hec portio te cōtingat. ā cōtigerit illos id sobria cōsideratione pensandū. Non eī per oēm reoz modū: s; sane quodātenus. Ut michi videt̄ dispensatio tibi sup̄ illū credita est: non data possessio. Si pergis vsurpare et hanc: contradicit tibi qui dicit. Meus est orbis terre: et plenitudo ei9. Non tu ille de quo p̄pheta. Et erit omnis terra possessio eius. Ep̄s hic est qui possessionem sibi vendicat: et iure creationis. et merito redemptionis. et dono patris. Cui enim alteri dictum est. postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam. et possessionem tuam terminos terre. Possessionem et dñium cede huic: tu curam illius habe. Pars tua hec: ultra te extendas manum.

Quid inquis? Non negas posse? et dñari vetas? Plane sic. Quasi non bene presit: qui p̄est in sollicitudine. Rūquid non et villa villico et p̄uulus dñs subiectus est pedagogo? Nec tamen velle ille: nec is sui domini dominus est. Ita et tu presis vt prouideas. vt consulas. vt procures vt serues. Presis vt prosis. Presis vt fidelis seruus et prudens: quem constituit dñs super familiā suā. Ad quid? De des illis escam in tēpoze: hoc est vt dispenses non imperes. Hoc fac: et dñari non affectes. hōi homo. vt non dñetur tui omnis in iusticia. At satis superq; id intimatum supra est: cum quis sis disputaretur. Adde tñ et hoc: nam nullum tibi venenū. nullū gladium plus formido q̄ libidinē dnādi. Certe vt multū tibi tribuas. si multum deceptus non es: nil te existimas plus accepisse a magnis aplis. Recordare nunc vocis illius: sapientibus et insipientibus debitor sum. Et si non indebitā tibi ipsam censes. hoc quoq; simul memento. debitoris molestum nomen seruianti potius q̄ dnāti congruē. Seruus in euāgelio audit. q̄ntum debes dño meo. Ergo si te agnoscis sapientibus et insipientibus. non dnātozem s; debitozem? curandū sumope tibi et tota vigilantia considerandū. quo et qui non sapiūt sapiant. et qui sapiunt non desipiant: et qui desipere resipiscant. At nullum genus insipientie infidelitate vt sic loquar insipientius. Ergo et infidelibus debitor es: iudeis. grecis. et gentibus. Interest proinde tua dare operam quam possis. vt increduli conuertantur ad fidem? cōuersi non auertantur: auersi reuertantur. Peruersi ordinentur ad rectitudinē: subuersi ad veritatem reuocentur: Subuersores inuictis rationibus conuincantur? vt vel emendent ipsi si fieri potest: vel si nō perdant auctoritatem facultatemq; alias subuertendi. Non oīno et ab hoc insipientiū genere pessimo tibi dissimulādum. Dico aut hereticos scismaticosq;? nam hī sunt subuersi et subuersores: canes ad scissionem. vulpes ad fraudem. Erunt in q̄ eiusmodi maxime tuo studio aut corrigendi ne pereant: aut ne perimant coercendi. Esto de iudeis excusat te tempus. Habent terminū suum qui p̄ueniri non poterit. Plenitudinem gentium p̄eire oportet. Sed de ipsis gentibus quid respōdes? Im

mo quid tua consideratio respondet tibi p̄cun̄teanti sic? Quid visum ē  
 patrib⁹ ponere euāgelio metam? verbum suspendere fidei donec infide-  
 litas durat? Qua ratione putamus subsistit velociter currens sermo?  
 Quis primus inhibuit hunc salutarem cursum? Et illis causa forte qm̄  
 nescimus aut necessitas potuit obstitisse? Nobis que dissimulandi est  
 ratio? Qua fiducia. qua conscientia xpm̄ vel non offerimus eis qui nō  
 habent? aut veritatem dei in iniusticia detinem⁹? Et quidem quādoq; p̄  
 ueniat gentium plenitudo necē est. **E**xpectamus in eas incidat fides?  
**C**ui credere casu contigit? Quomō credent sine p̄dicante? Petrus ad  
 corneliū. philippus ad eunuchū missi sunt. Et si exemplum recentius  
 querim⁹. augustinus a beato gregozio destinat⁹. formā fidei tradere an-  
 glicis. Et de hīs tu ita tecum. Ego addo et de p̄tinatia grecoꝝ. qui no-  
 biscū sunt et non sunt: iūcti fide. pace diuisi: qm̄ q̄ et ī fide ipsa claudi-  
 cauerūt a semitis rectis. Et item de heresi que clam pene vbiq; serpit  
 apud aliquos seuit palam. Nam paruulos ecclesie passim et publice de-  
 glutire festinat. **Q**ueris vbi sit hoc? Descri qui terrā austri tā sepe vi-  
 sitant: ecce hī sciunt et possunt dicere tibi. Eunt et redūt per mediū  
 illoꝝ aut trāseunt secus? sed qd boni adhuc cū illis egerint necdū audi-  
 uim⁹: et forsitan audiuissem⁹ nisi p̄re auro hispanie salus populi viluis-  
 set. **T**uum est et plage huic remediū p̄uidere. **S**ed est insipiēcia q̄ ipsam  
 quoq; iam p̄modū stultam fecit sapientiā fidei. Quo et ipsam catholi-  
 cam pene totam hoc virus infecit? Nam dū et in ipsa quicq; q̄ nr̄a sunt  
 querim⁹: fit vt inuicē inuidentes. inuicem puocantes exerceamur ad odi-  
 a. aīmemur ad iūrias. armemur ad lites. cauilem⁹ ad dolos. feriemur  
 ad detractionēs. prumpam⁹ ad maledcā. opprimamur a fortiorib⁹. oppri-  
 mam⁹ ifirmiores. Qm̄ digne et laudabilē occupat meditatio coz̄s tui  
 aduersus tam pestilens insipiencie gen⁹. quam cozp⁹ ipsum xpi que est  
 multitudo credentiū occupasse cōsideras. **O** ambitio ambientium cruz  
 quo oēs torquens omnib⁹ places? Nil acerbius cruciat? nil molesti⁹ in-  
 quietat. nil tamē apud miseros mortales celebri⁹ negocijs ei⁹. **A**n non  
 hūm̄na aploꝝ plus ambitio q̄ deuotio terit? **A**n non vocibus eius vzm̄

cotidie resultat palatium? **A**n nō questib⁹ ei⁹ tota legū. canonūq; disci-  
plina insudat? **A**n non spolijs eius omnis italica inhiat inexplebili au-  
ditate rapacitas? **Q**uid ita tua ipsius spūalia studia non saltē interci-  
dit sed abscidit? **Q**uociēs sancta ac fecūda tua abortiri ocia fecit. inq̄-  
tum et inquietans malum? **A**liud est q̄ ab oppressis appellat⁹ ad te: aliud  
autem q̄ ambitio in ecclesia per te regnare molit⁹. **N**ec desse illis. nec  
huic aliquaten⁹ assentire oportet. **Q**m̄ vero inique fouet⁹ illa: spernū-  
tur illi. **O**trisq; tñ debitor es: illis vt erigas: istis vt reprimas. **E**t qm̄  
incidit de appellationib⁹: prosequi aliquaten⁹ nō erit ab re. **M**agno in  
his et pio opus intuitu est: ne quod magna fuit necessitate prouisum.  
male vtendo reddat⁹ inutile. **M**ichi videtur et in multam posse eos de-  
uenire p̄niciem: si non summo moderamie aditent⁹. **A**ppellatur de toto  
mundo ad te: id quidem in testimoniū singularis primat⁹ tui. **A**t tu si  
sapis non primatu gaudebis: sed fructu. **A**plis dictum est. **I**n hoc nolite  
gaudere q̄ spūs subiciuntur vobis. **A**ppellatur ad te vt dixi: et vtnaim  
tam fructuose q̄ necessarie. **U**tinā cum oppressus clamat sciatat oppres-  
sor: et non superbiat impius vnde incenditur pauper. **Q**uid tam deco-  
rum vt ad inuocationem tui nominis oppressi effugiant? versuti non  
refugiant? **Q**uid e regione tam peruersum. tam recti alienum vt lete-  
tur qui malum fecit? et qui tulit inaniter fatigetur? **I**n humanissime  
non moueris erga hominem. cui illate iniurie cumulauere dolozem:  
et labor itineris et dampna expensarum. **S**ed nichilominus ignauissi-  
me in illum non moueris: qui huic tot calamitatum partim auctoz p-  
tim extitit causa. **E**uigila homo dei cum hec contingunt. **M**oueatur  
miseratio: moueatur indignatio tua. **A**lteram leso: alteram ledenti de-  
bes. **C**onsoletur ille dampnozū resarcitu suoz: satisfactione iuriarū. s̄  
ne calūpniarū. **C**ū isto ita agat⁹ vt peniteat fecisse q̄ nō timuit facē: et  
nō de penis innocentis rideat. **A**rbitroz idē debē pati illū q̄ sine cā for-  
te appellauit. **F**ormulā hāc iusticie p̄figit tibi et dīne incōmutabil̄ rō  
eq̄tatis. et ni falloz ip̄a appellationū lex: vt illicite usurpata appellō nec

17

profit appellanti nec appellato obsit. **Ut** quid enī frustra fatigatus sit homo? Quā plenū iusticie. vt sese potius leserit: qui voluit proximum. **Appellasse** inique iniquū est: iūque et ipse iniquarū appellationum fomes. **Iniqua** autem omnis appellatio: ad quā iusticie inopia non coegit. **Appellare** non vt graues: sed si graueris licet. **Appellandum** a sententia **Ante** sententiā improbe oīno nisi ob manifestū grauamen p̄sumitur appellatio. **Qui** igitur non grauatus appellat: liquet q̄ aut grauare intendit. aut tēpus redimere. **Non** est aut suffugium appellatio: sed refugium. **Quōtos** nouim⁹ appellasse pulsatos: quo interi liceret. q̄d numquā licet. **Nonnullis** eciam quo aduixerunt licuisse appellationis suffragia nefaria scimus: verbi gracia. incestum. adulterium. **Quale** est hoc turpitudini patrocinari? quod vel maxime formidari a turpibus oportebat? **Quousq̄** murmur vniuersę terre aut dissimulas? aut nō aduertis? **Quousq̄** non euigilat consideratio tua. ad tantam appellationum confusione atq̄ abusione? **P̄ter** ius et fas. p̄ter mozem et ordinem fiūt **Non** locus. non modus. non tempus. non causa discernitur aut persona **P̄sumuntur** leuiter passim: plerumq̄ et nequiter. **Volentes** malignari? nonne his potissimū terreri solebant? **Nunc** terrozi ipsi ex his magis fiunt: atq̄ id bonis. **Antidotum** versus in venenum: non mutatio dextre excelsi hec. **Appellantur** boni a malis vt non faciant bona: et superfedent a voce tonitruū tui formidātes. **Deniq̄** appellantur ep̄i. ne illicita audeant matrimonia soluere vel p̄hibere. **Appellantur** ne rapinas. ne furta. ne sacrilegia et que eiusmodi sunt punire vllaten⁹ vel cohibere p̄sumant. **Appellantur** ne indignas et infamas p̄sonas a sacris officijs beneficijsve repellere seu amouere queant. **Quod** tu iuuenis remedium morbo huic. ne quod repertum ad remedium fuit reperiatur ad mortem? **Zelatus** est dñs domū orōnis factā speluncā latronum. **Tu** eius minister dissimules miserorū refugium datū arma iniquitati? **Vi**deas p̄reri passim partes oppressorū: et prozumpere ad appellandū nō tam grauatos q̄ grauare volentes. **Quid** hoc misterij tuū est cōsiderare: non meum est commentari istud. **Et** cur inquis male appellati non



veniunt ostensuri innocentiam suam? maliciam conuicturi? Dico quod dicere  
ad hoc solent. **N**olum? vexari frustra. **I**n curia esse. qui procliuus faue  
ant appellanti: foueant appellationes. **C**essuri rome. domi cedere sa  
tius. **F**ateor me non oino de credere his. **Q**uem das michi in tam cre  
bris appellationibus que hodie fiunt? qui expensas itineris vel numi  
num restituerit illi quem forte appellarit? **M**irum vero si ita omnes et  
appellantes iusti. et appellati rei vestro examine inuenti sint. **D**iligite  
inquit iusticiam: qui iudicatis terram. **P**arum est iusticiam tenere: ni  
si et diligas. **Q**ui tenent teneant: qui diligunt zelantur. **A**matoz iusti  
cie: requirit iusticiam et psequit eam. **P**orro omnem iniusticiam persequitur.  
**N**ichil tibi ut illis qui appellationes venationes putant. **D**udet elogium  
quod apud ethnicos iam vertit in pabolam. duo mouimus ceruos pingues  
**E**t mitius loquar. plus facecie quam iusticie hic. **T**u si amas iusticiam: ap  
pellationes non affectas. sed sustines. **D**erumptamen quid emolimenti  
affert eccis dei tua vnus hois iusticia? vbi sententia preualet aliter  
affectozum? **A**d istud loci illius erit: cum ceperint versari que circa te sunt  
**N**unc vero non te existimes ociose vacare considerationi huic que appella  
tioes ad legitimam si fieri potest reuoces vsu. **E**t si hinc mea querat vel  
pocius curetur sententia: dico appellationes ut non contempnas sic nec  
vsurpandas oino. **P**orro horum quod insolentius censeam. haut facile dix  
erim? nisi quod vsurpatio quondam videtur inducere contemptus necessitatem:  
ac per hoc forte acrius insectanda quam amplius nocet. **A**ut non vere nocet  
cior est mala in se. in partu peior? **N**onne ipsa est que ipsum ius quoque  
nature aut extenuat aut exterminat? **N**am sepe rebus eciam preciosis  
simis preceh gratiam non modo demit sed adimit. **Q**uid sacramentis accep  
tius? **U**surpata tamen ab indignis indigne ve tractata: minime acceptant.  
**M**agis habent dampnationem: quia debitam venerationem non habent  
**F**ateor grande et generale mundo bonum esse appellationes: itque tam ne  
cessarium quam solem ipsum mortalibus. **R**euera quodam sol iusticie est: pro  
dens et redarguens opera tenebrarum. **P**roorsus fouende et manu tenende:  
s3 quas extorsit necessitas. non calliditas adinuenit. **U**surpatorie sunt

18

eiusmodi omnes non subueniētes in necessitate : sed opitulantes iniqui-  
tati. **Q**uid ni veniant in contemptum? **Q**uanti vt talibus quoq; defer-  
rent eciā de proprio cessare iure: ne longo et casto itinere fatigarentur.  
**P**lures tamē sua amittere non ferentes: appellatioēs min⁹ oportunas  
et celsa noīa ipōrtunius contēpserunt. **D**ico aliquid quod ad rem pti-  
net exempli causa. **Q**uidam sibi publice desponsarat vxozem. **A**d est di-  
es celebzis nuptiarum. **P**arata oīa: inuitati multi. **E**t ecce homo con-  
cupiscens vxozē proximi sui in vocem appellationis inopinate prozu-  
pit: affirmans sibi traditā prius. suam potius esse debere. **S**tupet spon-  
sus. herent omnes. sacerdos non audeat progredi. **F**rustratur omnis ap-  
paratus ille? descendit quisq; in domum suam, suam cenam manducatu-  
rus: sponsa a mensa et thalamo sponsi suspenditur. quousq; roma redi-  
tum est. **P**arisius contigit hoc. nobili galliarum ciuitate: sede regia.  
**R**ursum in ciuitate eadem. quidēam sibi desponsata vxoze diem consti-  
tuit nuptiaz. **I**nterim emergit calūpnia: dicentib⁹ quibusdā nō debere  
coniūgi. **A**d iudiciū eccie causa de lata est. **S**ed nō exspectata sentēcia:  
appellatum est sine causa. sine grauamine. solo frustratozie dilationis in-  
tuitu. **A**t ille siue perdere que pauerat. siue dilecte tam diu frustrari cō-  
fortio nolens: nichilominus quod pposuerat contempta siue dissimula-  
ta appellatione peregit. **Q**uid illud quod ī antistodozensi eccia nuper a  
quodā adolescente psumptū est? **N**empe defuncto sancto epō: volentib⁹  
clericis aliū vt moris est eligere sibi. interuenit ille appellās et vetans  
ne fieret. quousq; isset et redisset ab vrbe. **C**ui tñ appellationi nec ipse  
detulit. **N**am cū videret se contēpni tamq̃ qui irrōnabiliter appellāssz  
asscitis quos potuit sibi. tertia die post factā ab alijs electionē fecit suā  
**C**um itaq; ex his et innumeris talibus liqueat non ex contemptu gign-  
ni vsurpationē. sed ex vsurpatione contemptū: videris tu qd sibi velit  
qđ zelus vester assidue pene vendicat illū. istum dissimulat. **D**is pfect-  
tius cohercere cōtemptū? **C**ura in ipso vtero pessime matris pefocari  
germen neq;: quod ita fiet si vsurpatio digna ai aduersione multetur.  
**T**olle vsurpationem: et contemptus excusationē nō habet. **P**orro iex

cusabilitas ausum explodet. Non sit proinde vsurpator: et contēptor  
nullus erit. aut admodū rarus. Bene facis tu qđ appellationum nega-  
to suffragio. imo suffugio. multa remittis negotia ad cognoscentes: vel  
qui noscere citius possint. Vbi eī certior ac facilior notio ibi decisio tu-  
tior expeditiorq; esse potest. Qm̄ plenū gr̄e qđ multoz p̄inde et labori  
b; p̄cis et sumptib;. At quib; sic credas: id tibi: oīmodis attendendū.  
Poterā multa de eodē vtilit̄ addere his: s; memor p̄positi mei: cōtent;̄  
interim occasionē dedisse. ad alia transeo. Et primū qđ occurrit: m̄ me  
trāseūdū reoz. **P**rees: et singularit̄. **A**d qđ: **E**get tibi dico cōsideratioē  
**R**ūquid vt de subditis crescas: **R**equa p̄: s; vt ipsi de te. **P**rincipē te cō-  
stituerūt: sed sibi nō tibi. **A**lioquin quo pacto te reputas supiorē his. a  
q̄b; bñficiū mēdicas: **A**udi dñm. **Q**ui p̄tatem hnt sup eos: bñfici vo-  
canē. **A**d istud de his q̄ foris sunt. **Q**uid ad nos: **T**u id mēdaciē diceris  
si nō tā bñfici; esse q̄ bñficijs p̄esse itēdas. **P**arui deiediq; aī est. de sub-  
ditis nō p̄ofc̄m querē subditoz: sed questū p̄aiū. **I**n summo p̄sertim  
oīm nichil turpius. **Q**m̄ pulchre mgr̄ gentiū. parentes filijs. non filios  
debere censuit thesaurizare parentib;. **N**on mediocris glorie vox illa  
idētidē ipsi;: non requiro datū sed fructū. **A**t iā trāseam; et hinc: ne  
quis morā in his meā: auaricie in te notā interpretetur. **Q**ue q̄ longe  
a te sit. libro superiori testat; sum: sciens quanta et in quanta tua ne-  
cessitate respuris. **A**d te p̄inde scripsi ista: non p̄pter te. **R**epe qđ tibi  
scribit;: soli p̄desse non decet. **H**ic locus auariciā carpit; a quo vicio im-  
munis satis tua opinio est: an et opus tu videris. **V**idem; tñ vt obla-  
ta a pauperiorib; taceā que tāgere nō ad q̄escis. germanicos detumuis-  
se saccos: sed p̄cio non massa. **A**rgentū reputatum est fenum;: sumarij  
non leuati sartinis: onusti nichiiomin; repatriant vel iuiti. **R**oua res  
**Q**n̄ haēten; aurum roma refudit;: **E**t nunc romanoz consilio id vsurpa-  
tū non credim;. **D**uo venerunt ambo locupletes et ambo rei: siquidem  
vnus magūtinus: coloniensis alter; alteri grā gratis reddita est: alter  
idign; credo cui grā redderet audiuit. **C**ū quali veste intrasti: cum tali  
egredieris. **O** vocē magnificā: vocē p̄sus apostolice libertatis. **Q**uid

19  
min⁹ ab illa hec habuit pecunia tua. tecū sit in perditionē nisi qđ in  
illa plus zeli in ista plus modestie sonuit. Quid ille de transmarinis p-  
tibus pene a finibus terre. terra et mari currens pro ep̄atu suis et ali-  
enis facultatibus rursus emendo. Jam enim emerat prius. Tulit multa  
sed retulit: non omnia tamen. Incidit miser in manus alias: accipe-  
re qđ dare potentiores. Bene fecisti tuas in utroq; seruans innocias  
nec imponere scilicet ambitioso ne supponere iniquo mammonē acq̄-  
escens. Non sic a paupere ep̄o continuisti: dans quod daret ne immu-  
nificus notaretur. Accepit clam quod palam dedit. Sic de tuo sacculo:  
consultum est verecundie viri. Sic quoq; curie mozem gerēs tuo: bene-  
ficio iuidiam declinavit eorū qui diligunt munera. Non potest abscon-  
dere: et factum nouim⁹ et personā. Audire grauat. Et ego eo libentus  
predico: quo tu id molesti⁹ audis. Si tibi sic expedit: et michi sic. Tā-  
non oportet xp̄i gloriā me silere: qđ nec te querere tuam. Et si pergis  
murmurare adhuc: respondebitur tibi ex euangelio. Quāto es precipi-  
ebat: tātomagis plus predicabant. dicentes. Bene omnia fecit. Audi a-  
liud: si tamē aliū. Ad idem enim fortassis pertinere quis dicat. Tua cō-  
sideratio viderit hoc. Michi videt non longe a vero dissentire: qđ id for-  
te inter auaricie spēs locandū putauerit. Ego vero illi⁹ aut spēm esse  
aut spēm habere nō negari. Hanc interest tue pfectiois: et malas res.  
et malas pariter spēs deuitare. In altero conscie: in altero fame cōsulis  
Puta tibi non licere et si alias fortasse liceat: quicqđ fuerit male colo-  
ratum. Deniq; interroga maiores tuos: et dicēt tibi. ab oī specie mala  
abstinate vos. Hanc minister dñi dñm imitet: quia ipse ait. Qui michi  
ministrat me sequatur. Et habes de illo. Dñs regnavit decorē induit. in-  
duit domin⁹ fortitudinē. Tu quoq; esto fortis in fide. decorus in gloria  
et pbasti te imitatorē dei. Fortitudo tua. fiducia fidei conscie: decor  
tu⁹ splendor bone opiniois. Ita queso iduere fortitudinem: etenī gau-  
diū dñi fortitudo tua. Porro specie tua et pulchritudine tua: nichilo-  
min⁹ tam qđ p̄ria similitudine delcatur. Induē vestimētis gl̄e tue: ves-  
tire duplicibus quibus domesticos suos. fortis illa mulier iduere con-

furuit. **N**on sit in conscia nutas infirmitas modice fidei? non sit in fama neuus male spei: et vestiris duplicibus. **E**t gaudebit sponsus super sponsam aiam tuam: et gaudebit super te deus tuus. **M**iraris quorsum hec. ignarus vsqz adhuc quid dicere velim. **N**on te tollo diutius. **M**urmur loquor et querimoniā ecclesiarum. **T**runccari se clamitant ac demēbzari. **D**el nulle vel pauce admodum sunt: que plagam istam aut non doleant. aut non timeant. **Q**ueris qm? **S**ubtrahuntur abbates episcopis? epi archiepis. archiepi pziarchis siue pziatibz. **B**ona ne species hec? **M**irū si excusari queat vel op? sic faciēdo pbatis vos habē multitudinē ptatis: sed iusticie forte non ita. **F**acitis hoc qz potestis: sed vtrū et debeatis questio est. **H**onoz ac dignitatū gradz. et ordines quibusqz suos. seruare positi estis nō iuidere: vt qdam vrozū ait. **C**ui honozem honozē. **S**pūalis homo ille qui oīa diiudicat vt ipse a nemie iucetur: oē opus suū terna quadā cōsideratiōe preueniet. **P**rimū quidem an liceat? deinde an deceat: postremo an expediat. **N**ā et si cōstet in xpiana vtiqz phia non decere nisi qd licet? et nō expedire nisi qd decz et licet: non cōtinuo tamē oīe qd licet. decere aut expedire consequens erit. **A**ge aptem? si possum? tria ipsa operi huic. **A**t quo non indecēs tibi volūate pro lege vti? et qz nō est ad quē appelleris. ptātem exercere. negligere rōnem? **T**u ne maior dno tuo qui ait? nō veni facere voluntatē meā? **Q**m qz non min? deiedi qz elati ai est: veluti rartionis ex ptem non pro rōne sed pro libitu agere: nec iudicio agi sed appetitu. **Q**uid tam bestiale? **E**t si indignū cuius videnti rōne viuere vt pecus? qz in te rectore oīm tantā contumeliā nature. hōris iuriā ferat? **S**ic degenerādo qd absit: generale opprobziū fecisti pziū tibi. **H**omo cum i honore esset non itellexit compat? iumentis insipientibz et filis fact? est illis. **Q**uid itē tam indignū tibi. qz vt totū tenens non sis content? toto? nisi minutias quasoā atqz exiguas portiones ipsius tibi credite vniuersitatis tāqz non sint tue satagas nescio quō adhuc facere tuas? **U**bi eciā meminisse te volo pabole natan: de hōie qui centū oues habens. vnā que erat pauperis concupiuit. **H**uc qz veniat scm pmino fa-

20

einus regis abab: qui rerū summā tenebat. et vnam vineā affectauit.  
**A**uertat deus a te qđ ille audiuit: occidisti et possedisti. **N**olo autem p̄  
tendas michi fructum emancipationis ipsius. nullus est enī: nisi quod  
inde ep̄i insolentiores. monachi eciā dissolutiores fiūt. **Q**uid qđ et pau  
periores? **I**nspecte diligētī? taliū vbiq; libertoz et facultates et vitas:  
si non pudenda admodum et tenuitas in his. et in illis secularitas inue  
nitur. **M**atris noxie libertatis: gemina soboles hec. **Q**uid ni peccet li  
centius vagū et male liberum vulgus? cum non sit qui arguat? **Q**uid  
ni licentius quoq; spoliatur ac depredetur inermis religio? cum non sit  
qui defendat? **Q**uo enim refugium illis? **N**unquid ad ep̄os dolentes in  
iuriam? **R**identibus profecto. aspiciunt oculis: siue que faciunt mala: si  
ue que paciuntur. **Q**ue demum utilitas in sanguine isto? **D**ereoz ne il  
la qđ in p̄pheta cōminatus est deus. ille iniquis in iniquitate sua mo  
rietur: sanguinem autem eius de manu tua requiram. **S**i enim et extol  
litur qui subtrahitur. et cui subtrahitur vritur? qui subtrahit quomodo  
īnocens? **D**arum est. inuoluimus ignem. **A**udi apertius. **S**i is qui murmu  
rat secundū aīam mortuus est. qui instigat quomō vuit? **Q**uomō vero  
non reus mortis ambozū et sue pariter? qui gladium dedit vnde ambo  
morerētur? **H**oc est qđ dixerā. occidisti et possedisti. **A**dde qđ qđ audiūt  
scandalizant. indignantur. detrahūt et blasphemāt hoc ē vulneratur ad  
mortē. **N**on est bona arbor faciens fructū tales? insolentias. dissolutio  
nes. dilapidationes. similitates. scandala. odia: qđq; magis dolendum  
inter eccias graues ī inimicicias. perpetes qđ discordias. **V**ides qđ verus  
sit sermo ille. oīa michi licent: sed non oīa expediūt. **Q**uid si forte nec  
licet? **I**gnosce m̄: non facile adducor licitū consentire. qđ tot illicita p̄  
turit. **T**u ne deniq; tibi licitū censeas. suis eccias iutilare membris? cō  
fundere ordinē? pturbare terminos. quos posuerūt patres tui? **S**i iusti  
cie est ius cuiq; seruare suum? auferre cuiq; sua. iusto quomō poterit  
conuenire? **E**rras si vt summā: ita et solā institutā a deo vrām aplicam  
ptatem existimas. **S**i hoc sentis: dissentis ab eo qui ait. **N**on est potes  
tas nisi a deo. **P**roinde qđ sequitur. qui ptati resistit dei ordinatioi re

littit: et si principaliter pro te facit. non tñ singulariter. Deniqz idem  
ait. **O**is anima p̄t̄ibus sublimioribus subdita sit. Non ait sublimiori  
tamq̄ in vno: sed sublimioribus tamq̄ in multis. Non tua ergo sola  
potestas a dño: sunt et mediocres. sunt et inferiores. Et quomodo quos  
deus coniūxit. non sunt sepandi: sic nec quos subiunxit compandi. **M**ō  
strum facis: si manu submouens digitum: facis pendere de capite superi  
orem manui. brachio collateralem. Tale est si in xp̄i corpore membra  
aliter locas: q̄ disposuit ipse. **N**isi tu putas aliū esse qui posuit in ecc̄ia  
quosdā q̄dem ap̄los. quosdā autē p̄betas. alios vero euangelistas. alios  
doctores et pastores ad consummationē scōrum in op̄ m̄sserij. iedifi  
cationē corp̄is xp̄i: atqz hoc corp̄ q̄ ipse paul̄ tibi suo vere ap̄lico fi  
gurās eloquio. et capiti cōuenientissimē aptās. totū ex eo cōpactū perhi  
bet et connexū per oēm iuncturā submissiōis. sc̄m opationē in mē  
surā vni⁹ cuiusqz mēbr̄i augmentū corp̄is faciens. in edificationem sui  
in caritate. **N**ec vilem reputes formam hāc. quia in terris est: exemplar  
habet e celo. **N**eqz eī filius potest facere quicq̄ nisi qui viderit p̄m  
facientē: p̄sertim cū ei sub moysi noīe dictum sit. vide omnia facias se  
cundū exemplar q̄ tibi in monte monstratum est. **V**iderat hoc qui dice  
bat. **V**idi ciuitatem sanctā iher̄lm nouā descendētē de celo: a deo paratā  
**E**go enī p̄pter similitudinē dictū reoz⁹: quod sicut illic cherubin et se  
raphin ac ceteri quicqz vsqz ad archāgelos et āgelos ordināt sub vno  
capite deo: ita hic q̄ sub vno solo pontifice primates vel patriarche.  
archiepi. epi. p̄sbiteri vel abbates. et reliqui in hunc modū. **N**on est  
p̄pendū q̄ et deū habz auctozē: et de celo ducit originem. **Q**uod si di  
cat ep̄us: nolo esse sub archiepo: aut abbas nolo obedire ep̄scopo: hoc  
de celo non est. **N**isi tu forte angeloz quēpiā dicentē audisti: nolo sub  
archangelis esse: aut ex alio quolibet inferiorū ordinū aliquem non fe  
rentē sub esse cuiq̄ nisi deo. **Q**uid iquis: **P**rohibes dispensare: **N**on s̄z  
dissipare. **N**on sum tam rudis vt ignorem vos dispensatores positos:  
sed in edificationē. non in destructionē. **D**eniqz queritur inter dispēsa  
tores: vt fidelis quis inueniat. **O**bi necitas v̄get: excusabilis dispēsa


21

satio est. **U**bi utilitas prouocat: dispensatio laudabilis est. **U**tilitas di  
co cois. non ppria. **R**am cum nichil horum est: non plane fidelis dispen  
satio. sed crudelis dissipatio est. **N**on nulla tñ monasteria sita in diuer  
sis ep̄atibus qđ specialius pertinuerit ab ipsa sui fundatioe ad sedem  
apostolicā pro voluntate fundatorū quis nesciat? **S**ed aliud est qđ lar  
gitur deuotio: aliud quod molitur ambitio impaciens subiectionis. **E**t  
hec dicta de his. **S**uperest vt generaliter sup̄vniuersum eccie statum i  
tendat consideratio tua: si plebes clericis. si clerici sacerdotibus. si sacer  
dotes deo in ea qua oportet humilitate subiecti sint: si in monasterijs  
et religiosis locis seruet̄ ordo. vigilet disciplina: si sup̄ praua opera et  
dogmata censura ecclesiastica vigeat: si flozeant vinee honestate et sci  
monia sacerdotum: si flozes fructus perturiant. obedienciam fidelium  
populorū: si demū vestra ipsorū apostolica mandata et instituta ea qua  
dignū est sollicitudine obseruent: ne quid in agro dñi tui aut neglec  
tu incultū. aut fraude subzeptum iueniatur. **P**osse inueniri ne dubites.  
**N**ichi in promptu est vt multa et innumera pretermittam que passim  
neglecta iacent: nonnulla eciam ex his que plantauit dextera tua con  
uulsa monstrare. **N**onne os tuū in remensi consilio subiecta capitula p  
mulgavit? **Q**uis ea tenet? **Q**uis tenuit? **F**alleris si teneri putas. **S**i non  
putas ipse peccasti: aut statuens q̄ nō tenerent: aut qđ non tenent̄ dis  
